

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Prot. n. 751/69 VT

N

Nullitatis matrimonii

(X – Y)

In Nomine Domini. Amen.

Paulo PP VI feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno VIII, die 28 novembbris 1970, infrascripti Cardinales, membra Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, in eiusdem sede legitime congregati ad decidendam causam nullitatis matrimonii inter D.num X et D.nam Y, ambo orthodoxos ritus byzantini-romeni, die [...] in [...] coram magistratu civili initi, proposito dubio: An constet de nullitate matrimonii ob defectum formae seu ritus sacri, in casu, respondendum decreverunt atque respondent: Affirmative, seu constare de nullitate matrimonii ob defectum formae seu ritus sacri, in casu.

SS.mus autem D. N. Paulus, Divina Providentia Papa VI, in audientia infrascripto die 28 decembris 1970 impertita, nihil obstare decalaravit (sic!) quominus publicetur decisio a Signatura Plenaria die 28 novembbris 1970 lata, iuxta quam invalida habenda sunt matrimonia inter orthodoxos inita absque sacerdote adstante et benedicente.

Quoad autem applicationem huius decisionis ad singulos casus, perpendenda sunt uniuscuiusque casus circumstantiae, praesertim an revera defuerit benedictio sacerdotis adstantis et, quatenus defuerit, an defectus benedictionis sacerdotis praesentis tribuendus sit impossibilitati sacerdotem inveniendi.

Dinus Card. STAFFA, *Praefectus*

Ioannes M. PINNA, *Secretarius*